Dobrogowski Abrenunciatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Boranscen. [illegible] comparens Nobilis Marcianna filia olim Nicolai Dobrogowski consors relicta primi olim Nobilis Petri Ziemiewski ad praesens secundi Matrimonii Nobilis Nicolai Lesowicz [illegible] Colocen. cum Moderni Mariti sui ad hoc tutoris conjugalis personali assistentia et consensu praesentaneo sana mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia sibi Nobilis Adam olim Nicolai Dobrogowski frater suus germanus pro omni et integra dote tam in parata pecunia quam et paraphernalibus de bonis Dobrzyce se concernentibus hucusque spectantibus et concernentibus plenarie et ex integro satisfecit ideo ipsum quietat et liberum facit bonisque omnibus Paternis et Maternis abrenunciat praesentibus.

Eiusdem Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Boranscen. [illegible] comparens Nobilis Marcianna filia olim Nicolai Dobrogowski consors relicta primi olim Nobilis Petri Ziemiewski ad praesens secundi Matrimonii Nobilis Nicolai Lesowicz [illegible] Colocen. cum moderni Mariti sui ad hoc tutoris conjugalis personali assistentia et consensu praesentaneo sana mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Adamo olim Nicolai Dobrogowski fratri suo germano et ipsius successoribus totam et integram sortem suam bonorum omnium mobilium et immobilium in hereditate Krzywki sita sibi recognoscentem post olim Nobilem Annam filiam olim Joannis Krzywski Matrem suam iure naturali succedentem hucusque spectantem et alio quovis modo ac iure titulo concernentem et post quasvis personas devolutis cum areis hortis agris pratis campis sylvis [illegible] nihil excepto dedit donavit inscripsit et in perpetuum resignavit. Quae bona idem Nobilis Adam Dobrogowski ab obligatoriis possessoribus suis propriis pecuniis debebit eximere et in possessionem accipere. Cui eam ex nunc intromissionem eandem cum pacifica possessione per Ministerialem et Nobiles duos accipiendam dat et admittit. Pacemque [illegible] evictionem et evictionem omnimodam eorundem praesentium ab omni impedimento iuridico quarumvis personarum [illegible] et [illegible] per omnes praesentes [illegible] cavet sub damnis [illegible] simpliciter [illegible] et dicendis. Et coram officio Castrensi [illegible] in primo [illegible] termino peremptorio responsione omnibus in universum iuribus remediis et defensis legalibus [illegible] etiam de iure concessibilibus se et suos successores [illegible] abrenunciando sub amissione [illegible] successionum totius et integrae causae.